



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Præcellentia Episcopalis Dignitatis

Alzedo, Mauricio de

Lugduni, 1630

De electione ac eligendorum qualitatibus. caput 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62394](#)

DE ELECTIONE, AC ELIGENDORVM QVALITATIBVS.

CAP V T E R T I V M.

MOs fuit antiquus lōgos seruatus in annos, quōd ille, qui in Episcopali sede consti-
tuendus erat, à cun-
cto clero eligeretur. *textus in c. Episcopos, c. nullus inuitus, 13. c. in ordina-
tione, c. obitum, c. Catinensis, 62. dist. c.
nulla ratio, 62. dist. c. nullus, c. Adria-
nus, c. Valentinianus, cum multis sequē-
tibus, 63. dist. Bertach. in tract. de Epis-
copis, lib. 2. de causa materiali Episco-
pi. Nauarrus consil. 1. de electione. Ioan.
Martinez de Olano de reductionib.
Antiniomar. Iur. in epilogo partitar.
legum, num. 1. Bouadilla multos eli-
gendi usus refert in politica lib. 2.
cap. 18. num. 223. *Gregorius Lopez* in
l. 18. tit. 5. part. 1. *Petrus Gregorius*
Syntagma part. 2. lib. 15. cap. 12. *Didacus*
Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam. *Barbo-
sa* in *Pastoralis* tit. 1. cap. 3. num. 4. fol. 22.
Franciscus algado post hæc scripta vi-
sus de regia protectione part. 3. tom. 2.
cap. 10. num. 130.*

Neque existimes Clerum iure
proprio elcgisse Prælatos, quia esset
erroneum: eligebant namque ipsum
ex Papali dispensatione seu permis-
su. Nam Papæ tantummodo (non
populo aut Clero) iure diuino Epis-
coporum electio competit; licet
hæretici impiè contrarium affir-
ment, quos redarguunt cum Bellar-
mino & Azor. *Barbosa* vbi proximè
n. 35. & alij ab ipso relati.

Postea verò ius præsentandi con-
cessum fuit nostris Hispaniarum

Regibus tempore Leonis II. Agathi
primi successor. in Hispania regnante
Erugio Rege Gotho anno primo sui
regni, & Christi de 679. *textus sim-
ilaris* in c. cùm longè, 63. dist. *Couar-
runias* in *regula possessor.* 2. part. §. 10.
num. 6. de *regulis iuris*, lib. 6. *Concilium*
Toletanum 12. *Guillelmus Benedict.* in
c. *Rainutius* de *testament.* verbo &
vxorem nomine *Adelaysam* decis. 2.
num. 79. multos refert *Cenedo* ad *decre-
tum collect.* 51. num. 3. *Menchaca illu-
strium controuer.* cap. 22. num. 14. cùm
seqq. *Hieronymus Roman.* en su *Repu-
blica Christiana* lib. 3. cap. 7. col. 7. *Gre-
gorius Lopez* in l. 18. tit. 5. part. 1. *Spino*
in *speculo testamentor.* *gloss.* 4. num. 13.
Didacus Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordi-
nament. vers. ex quo infertur, & in l. 3.
tit. 3. d. lib. 1. ordin. *Barbosa* in *Pastoralis*
part. 3. alleg. 57. num. 87. *Bouadilla* in
politica lib. 2. cap. 18. num. 223. *Maria-
na en la historia general de Espagnia*
lib. 6. cap. 17. *Salgado* vbi suprà.

Sed cùm Reges nostri assiduis
bellorum vinculis arctissimè astrin-
gerentur, *introductum* fuit, ut De-
canus & *Capitulum Ecclesiæ Ca-
thedralis* eligerent sibi *Episcopum*,
antea à Rege *venia impetrata.* l. 18.
& ibi *Gregorius Lopez* tit. 5. part. 1.
l. 3. tit. 3. lib. 1. ordinam. ibi *cotunbre anti-
quia* fue siempre yes guardada en Espa-
gnia que quando algun Prelado o Obispó
finare que los canonigos o otros quale-
quier a quiende derechoy cotunbre per-
tenecce la election deben luego hacer sa-
ber al Rey por mensagero cierto la

D

muerte del tal prelado o Obispo que fino e ante desfo no puedan ni deben. Et ibi Didacus Perez vbi citat Innocentium in c. quod sicut de electione. & Panorm. in c. 1. num. 5. de consuetud. Olano vbi supra num. 1. Azeuedo in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam. noni ac recopilat. num. 1. Palatius Rubeus in c. per vestras. in introduktione rub. num. 25. Garcia de beneficiis, 5. part. cap. 1. n. 216. alios refer. Salgado vbi supra num. 229.

7 Et quando Rex absens erat, Archiepiscopo Toletano ut Primati, & etiam ut Vicecancellario Castellæ tamquam Regis vicem gerenti, & primæ personæ post ipsum talis tiebat nuntiatio. Mariana in historia citata lib. 6. cap. 17. ibi la segunda fuedar al Arcobispo de Toledo autoridad para criar y elegir Obispo en todo el Reyno quando el Rey a cuio cargo por antiqua costumbre esto pertenecia se halate mui lejos. Salgado supr. num. 223.

8 Hodie verò liberè ius præsentandi Episcopos nostris Regibus competit, cum sint omnium Ecclesiarum Cathedralium Patroni: & etiam ex iustissimis titulis (& seclusa in memoriali & antiquissima præscriptione) ex Apostolica concessione de novo facta Catholicis Regibus, Domino Ferdinando dicto el Catholicó, & Dominæ Elizabeth, quam se vidisse oculis propriis testatur Gregorius Lopez in l. 18. tit. 5. part. 1. verbo antiquamente hisce verbis: habet etiam Rex Hispaniæ concessiones & confirmationes Papales super isto iure patronatus, quas ego vidi. l. 13. tit. 3. lib. 1. compilat. l. 1. tit. 6. lib. 1. recopil. & ibi Azeuedo num. 1. Mariana in histor. Hispan. lib. 26. cap. 5. tom. 2. istis verbis, Ultimamente el Papa Adriano los annos de adelante por contemplation del Rey Don Carlos su discípulo le concedio a el y a sus sucesores autoridad de presentar los obis-

pos de Espagnia, que antes se proueian a supplication de los Reyes. Gil Gonzales de Auila in sua historia de Salamanca lib. 3. cap. 18. Nicolaus Garcia de beneficiis part. 5. cap. 1. num. 217. Didacus Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam. Ioannes Lupus in tract. de benef. vacant. in curia, §. 8. vbi multos refert. Palacius Rubius, & Franciscus Salgado locis citatis: ille num. 34. iste num. 236. Bonadilla in pol. lib. 2. cap. 17. num. 2. usque ad 4. & cap. 18. num. 215. Gonzales in regul. 8. cancell. gloss. 43. num. 59. Emanuel Rodriguez tom. 4. de sus obras. c. 67. de los Obispos, num. 26. Didacus de Spino & Olano supra. Cataneus in catalogo 5. part. conf. 24. num. 99. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 3. num. 1. Laudensis de principibus questi. 74. tom. 6. diuer. Guillelm. Benedict. in cap. Rainunt. de testam. verbo, & vxor. decis. 2. num. 79. Martha de iurisdict. 2. p. c. 40. n. 13.

9 Ex quibus falsam esse Ioannis Ignei in l. necessarios, §. non alias. num. 336 ff. ad Silanianum doctrinam apparet, secutam à Ioanne Ferraldo in tractatu de insignib. Regum Franc. IX. iure, vbi probate nititur, Reges Hispaniæ ius præsentandi Episcopos habuisse ratione concessionis Caarlo Magno Gallicano Regi factæ: nam per centum viginti annos antequam Carolus Magnus in rebus humanis esset, nostris Hispaniæ Regibus competebat. Couarruuias in regul. possessor. part. 2. §. 10. num. 6. de regulis iuris lib. 6. Didacus Perez in d. l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam. §. ex quo inferatur. Salgado d. tom. 2. part. 3. cap. 10. n. 241. usque ad 247.

10 Et sic qui in Episcopum eligitur, antequam ad Ecclesiam ad quam promotus est, accedat, debet Regi Maiestatem visitare ac verei, & in recognitionem præsentationis gratias

¹¹ tias agere.l.3.lib.1.tit.3. ordinam. ibi y
es costumbre antiqua , que antes que aia
de aprender la possession de la Iglesia
deuen venir por sus personas a hacer re
uerencia al Rey. Quod prudentissimus
Philippus II. fidei ac Apostolicæ
sedis singularis defensor , & Hispaniæ
nostræ decus & ornamentum,
maximè obseruare faciebat , neque
permittiebat electos à curia regali
discedere , nisi sua iam osculata ma
nu , (vt vulgariter dicitur) teste
Ludouico Cabrera in vita eiusdem
Regis.lib. 11.cap. 11.col. 5. litera C, fol.
mibi 892.

¹² Præmitte in primis quodd qui eli
gendum est ac præsentandus, nullam
irregularitatem pati debet, tam cor
poris quam famæ , & Princeps sub
peccati mortalis poena eligere tene
tur non dignum , sed digniorem ex
propositis à consiliariis suis. Soto de
iustitia & iure lib. 10. quest. 2. art. 3.
Rebellus de obligatione inst. p. 1.
lib. 3. quest. 4. Diuus Thom. 2. 2. quest.
63. art. 2. & quest. 185. art. 3. & quot.
lib. 6. art. 9. & quot.lib. 8. art. 6. Ioannes
Maior in 4. sentent. quest. 8. & 9. Lam
bertin de iure patronatus , verbo ho
norificum , quest. 15. Couarruias in
regula peccatum, 2. quest. §. 6. num. 4. de
regul. iur. lib. 6. multos citant. Didacus
Perez in l.2. tit. 6. lib. 3. ordinam. §. præ
terea Barbosa in Pastoralis tit. 2. gloss. 2.
num. 29. usque ad 33. cum Alexand.
Raudensi decis. 34. in pr. n. 179.

¹³ Et ad hoc perquirere tenetur à
suo Confessario, & ab aliis Religio
nis , & piis ac eruditis viris, quis sit
dignior. Emanuel Rodriguez tom. 4.
de sus obras. cap. 67. de los Obispos. n. 26.
Nam si in quibuslibet Ecclesiæ gra
dibus prouidenter , scienterque cu
randum est , vt in domo Domini
nihil sit inordinatum , nihil præpo
sterum, quanto magis elaborandum
est , vt in electione eius , qui supra

omnes gradus constituitur, nō erre
tur : nam totius familie Domini
status & ordo nutauit , si quod re
quiritur in corpore , non inuenia
tur in capite c. miramur, 61. dist. Con
cilium Trident. sess. 24. de refor. cap. 1.
Didacus Perez in l.2. tit. 6. lib 1. ordin.
Hugolinus de offic. & potest. Episcop.
part. 1.c. 1. §. 1. num. 1. & 8.

¹⁴ Illegitimus licet Religiosus sit in
Episcopum non eligitur c. innotuit. c.
cum Vintoniensis, & ibi Abbas de elect.
l.2.2. tit. 5. part. 1. l.4. tit. 15. part. 4. & ibi
Greg. Lopez. Bertach. de Episcop. l.2.
de causa materiali Episcopi num. 81.
Vgolinus ubi prox. num. 5. Franciscus
Leo in thesaur. part. 1. cap. 3. num. 8.
Iacobus à Graffis in decis. lib. 3. cap. 2.
num. 12. facit etiam textus in cap. 1. de
filiis Presbyteror.

¹⁵ Quod accipiendo est , nisi Papa
dispensauerit , qui ferè numquam
ad Cardinalatum hominem ex ille
gitimo coitu natum promoueri
vult , quamvis sit legitimatus per
matrimonium subsequens. Franciscus
Leo in thes. part. 3. cap. 9. num. 13. &
14. ubi ponit specialem constitutio
nem Sixti V. hoc continentem , ex
peditam anno Domini de 1586.

¹⁶ Sed licet in Dominis Cardinali
bus hoc procedat , cum Episcopis
aliter res se habet , nam legitimatus
per subsequens matrimonium sine
Papali dispensatione confirmatur.
Gloss in c. innotuit. 26. & ibi Panorm.
num. 17. de elect. & in c. cum in cunctis,
num. 3. eodem titul. Iason in l. generali
ter, §. cum antem, c. de inst. & subt. n. 8.
Suarez de censuris disput. 50. sect. 5.
num. 10. Menoch. conf. 799. num. 12.
Couarruias de spons. part. 2. cap. 8.
§. 2. num. 24. Baptist. Ledierens conf.
24. num. 19. incipit si recte diligenter.
Petrus à Baxio in director. elect. cap. 1.
num. 6. part. 2. Franciscus Leo in thes.
part. 1. cap. 9. num. 14. Iacobus à Gra-

- 28 fis & Vgolin. *vbi suprà.* Emanuel Rodríguez tom. 4. de sus obras cap. 67. num. 6. Barbosa in pastoral part. 2. all. 1. num. 32.
- 19 Legitimatus ad vnam dignitatem, non censemur ad Episcopalem. *c>nulla, c.dilectum, de concess. prob. lib. 1.4.tit. 15 part. 4. & ibi Lupus. Rebuff. in prax. benef. lib. 2. de dispensatione etatis, verbo post Pontificales, num. 4. Paulus Montanus de tutore, cap. 26. num. 33. Barbosa vbi suprà n. 17.*
- 20 Sicuti legitimatus ad Episcopalem, non est ad Archiepiscopalem. Rebuffus, Lupus, Paulus Montanus.
- 21 Neque censemur legitimatus ad Episcopalem, qui est à Principe non recognoscens Superiorē legitimatus. *c.per venerabilem qui filii sint legitimi, & ibi scribentes cap. 1. 10. dist. cum gloss. l.4.tit. 15. part. 4. ibi Lupus, Emanuel Sa, verbo filius, num. 11. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 7. num. 11.*
- 22 Et licet in cæteris dignitatibus legitimum annum attingere sufficiat, in Episcopali precisiè requiriatur quod trigesimum annum habeat perfectum, non inchoatum, qui eligitur. *c. cum in cunctis, §. inferiora de electione. Cum gloss. & Abbate num. 6. gloss. in c. licet eodem titulo, lib. 6. authorit. de sanctissimis Episcopis collat. 9. §. clericos, l.22.tit. 5 part. 1. Abbas in c. cum dilecti, num. 9. de electione. Felinus in c. cum vigesimum, num. 8. de offic. & part. iudicis dele. Bertach. in tract. de Episcop. lib. 2. de causa material. Episcopi, num. 54. Mantica de coniecturis ultimar. voluntat. lib. 3. tit. 15. num. 3. Rebuffus in prax. benefic. in rubr. requirita ad collationem bonam, num. 37. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. casu 427. num. 24. Emanuel Sa verbo Episcop. num. 6. Armilla verbo dispensatio, num. 21. Franciscus Leo in thes. & Vgolini suprà. Petrus Gregor. syntagmat.*
- lib. 17. cap. 6. num. 13. part. 2. Rixius in praxi decis. 318. in additione ad notabilia de sacra Ordinis. Ioannes Gutierrez canoniciar. lib. 1. cap. 26. num. 39.

23 Et debet esse singulari scientia præditus, & Licentiatus seu Doctor in Theologia, aut iure canonico, aut approbatus publico alicuius Academiæ testimonio. *c. cum in cunctis de elect. auth. de sanctiss. Episcop. l.24.tit. 5. part. 1. Concil. Trident. de reformat. sess. 24. cap. 2. Bertachin, Franciscus Leo & Vgolin. suprà, Sà verbo Episcopus, num. 7. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 5. casu 425. num. 35. Candelabr. aur. de sacrament. Ordinis tit. 15. §. de etate, num. 30.*

24 At verò si Religiosus est electus, admittitur cum schedula approbationis sui Superioris: neque aliud requiritur. *Concil. Trid. d.c. 2. de reformat. sess. 22.*

24 Sed ex noua constitutione Clementis VIIII. cautum est, electos in Episcopos Italiae coram Romano Pótifice & sacro Cardinalium coetu aliorūque Prælatorum. In Hispania verò & Gallia coram Romani Pontificis Legatis ibi existentibus, & deficientibus Legatis coram sanctæ Romanæ Ecclesiæ Nuntiis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, de speciali Papæ mandato ibi assentientibus aliis Prælatis, ut negocij gravitas poscit, se examini subjaceant, qui approbati, & non alias ad Ecclesiæ regimen admittantur. *Concilium Trident. de reform. sess. 24. cap. 1. Vgol. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 2. Francisc. Leo in thes. part. 1. cap. 3. num. 11. vbi ponit quomodo processus promouendorum ad Episcopatus subscribatur, & qualiter schedula consistorialis expediatur. Barbosa in pastoral. part. 2. alleg. 1. num. 25.*

Et quamvis in Italia coram Romano

mano Pontifice seu Cardinalibus hoc examen rigidè & strictè fiat, in Hispania verò minimè: quia non est admissum, neque receptum Clementis VIII. decretum, & sic de consuetudine non seruatur, neque examinatur qui præsentandus est. Nam cùm semper à consiliariis illi proponantur ad Episcopatus, qui doctrina & sapientia potentes sunt, ac vita & moribus insignes: nihil aliud vistum est esse necessarium.

²⁵ Et longa verborum serie omissa, illam tñsoluo quæstionem à multis tactam: Vtrum Theologus Iurisconsulto debeat præferti in electione ad Episcopatum? Et respondendum est, quod Theologus præfertur vbi pullulant hæreses, seu prædicatio est necessaria: sed si non pullulant, sed tantum causæ ciuiles & criminales, tunc Iurisconsultus anteponitur. Panorm. in cap. 1. de cons. & affinitate. num. 9. Azor inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 10. Henriquez in summ. lib. 10. cap. 13. §. 2. in comm. lit. E. Cenedo in collect. ad decretal. collect. § 1. num. 5. Didacus Velasquez in defensione statuti Toletani titulo de Episcopis Iurisperitis, num. 1. usque ad 12. Felinus in c. causam de iudicis n. 40. Azeudo in l. 4. tit. 1. lib. 1. recopil. num. 4. Simancas de cathol. institut. cap. 25. de Episcop. n. 23. cum sequenti. Selua de beneficiis part. 3. quæst. 7. n. 20. Bouadilla in political lib. 1. cap. 7. n. 14. Barbosa suprà num. 30.

²⁶ Episcopatus prius ei debet conserui qui magis laborauit in Ecclesia, non illi, qui redditibus Ecclesiasticis abundat. c. Episcopus, 17. dist. c. Episcorum, 74. distinct. c. final. 75. distinct. cap. 1. de maior. & obedient. & ibi Panormitan. Bertachin. de Episcop. 1. part. libri quarti, de vita Episcopi, num. 15.

Exteris in hoc regno Castellæ, & Legionis, portæ dignitatum Episcopaliū, seu canonicatus non patent. l. 18. 19. & 20. tit. 3. lib. 1. ordinam. & ibi Didacus Perez, vbi dicit, quod dispositio harum legum etiam ad regnicolas regni Aragon & Na- uatræ extenditur: vt habetur in curiis de Segouia, anno de 1532. peti- tione 42. & se vidisse in praxi in ca- nonicatu Zamorensi. l. 17. Pincie anno 1537. & l. 41. Pincie anno 1543. Couarruicias prædictar. quæst. cap. 35. num. 4. & 5. fol. 254.

²⁸ Quid ad Episcopalem sedcm est euocandus debet esse in sacro ordi- ne constitutus, & hoc antea per sex mensium spacium. c. multis, 9. de etate & qualitate. Concil. Trident. de refor- mat. sess. 22. cap. 2. & de reform. sess. 24. cap. 1. Panormitan. in c. cum in cunctis. §. inferiora. num. 11. de electione. Card. Toletus de instruct. de Sacerd. lib. 5. cap. 3. Franciscus Leo in thesaur. cap. 5. part. 1. num. 9. Vgol. de offic. & potest. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 1.

²⁹ Regularis factus Episcopus elec- tionem de se factam approbare ne- quit, seu acceptare, cum velle seu nolle non habeat, nisi de sui Præ- lati licentia, quam Prælatus conce- dere valet sine Religiosorum con- sensu. c. si religiosus. Gloss. in c. nullus c. si Abbatem, de elec. lib. 6. Cardinalis in Clement. in plerisque. §. nullus, de elec- tione. Bertach. vbi suprà num. 67. Franciscus de Ouando in 3. sentent. lib. 3. distinct. 37. propos. 12. Emanuel Rodriguez tom. 2. quæst. regular. quæst. 58. art. 1. fol. 288. Ioannes de la Cruz Ordinis Prædicatorum in directorio lib. 1. cap. 7. dub. 7.

³⁰ Superior qui istam licentiam concedere potest, erit Generalis, seu Provincialis, si superiorem in Religione non recognoscit, vel alius super hoc privilegiatus. Rodriguez

tom. 4. de suis obras cap. 68. de Obispos.
num. 2.

- 31 Religiosi verò è sanctissima Societate Iesu ex particulari voto nequeunt Episcopatum acceptare, seu procurare, nisi Reuerendissimi Praepositi Generalis interuenerit licentia; & ipse poterit etiam invitatos compellere ad Episcopatum acceptandum. Rodriguez supra.

33 Regularis episcopari desiderando non peccat, si rectum finem habeat, ut subditis prodeat, & Deo in examen Fernā lez magis seruat. Syluester. in summ. ne Th. - verbo Episcop. num. 4. Lambertinus logia p. 4. de iure patronatus, lib. 2 part. 1. quast. 19. c. 7. §. 1. art. 7. num. 12. Latè Soto de institia num. 4. lib. 10. quast. 2. art. 1. Emanuel Rodriguez in compendio verbo Episcop. & in tom. 2. question. Regul. quast. 58. art. 2. Barbola in pastoral. gloss. 1. tit. 2. num. 9.

- 34 Nam cum ordo Episcopalis perfectior sit Monachatu. c. licet, de regularibus, & ibi Panorm. num. 8. Diuus Thomas 2. 2. quast. 185. Toletus in summ. lib. 5. cap. 3. Sanchez in summ. lib. 4. cap. 17. num. 2. & cap. 31. num. 8. Paulus Borgasius de irregularitate, part. 6. titul. de sponsalibus, num. 63. & 64. Rodriguez supra, & Syluester, poterit licetè talem statum desiderare tamquam perfectiorem, in quo magis prodesse & mereri poterit. c. si officia, 49. distinct. c. qui Episcopatum, 18. quast. 1.

- 35 Sed licet hoc verum sit, securius erit si Regularis dignitates & Prælatias nullo modo appetat, seu procuret, faciat obsecro quod sanctissimi Patres etiam diuino mandato vocati (ut Diuus Gregorius docet in pastorali part. 1. cap. 7.) ita inuincibiliter & fortiter recusabant, quam diligenter hodie alij procurant: dicant ergo (etiam quando præsentantur illis insciis) quod ille de quo

per Esaiam capite 3. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, nolite constituere me Principem populi: quasi diceret; illum qui doctrinam & singularem scientiam non habet ad veteras infirmitates curandas, & depravatos mores sanandos, nec sufficientem sapientiam ad conservandos vos in pace, & salute animæ, neque mihi ornamenta virtutum, quibus sicuti vestimento regali cooperiar: quare vultis constituere Principem vestrum Si quis autem (inquit Beatus Paulus prima ad Timoth. 3.) domui sua praesse nescit, quomodo Ecclesie Dei diligentiam habebit. Neque solatium sumant dicentes, viros probos ac diligentes eligam, & constituam eos vicarios & visitatores, & sic requiescam à labore & cura. O bone Iesu, quot sunt qui hoc consilio sumpto à subditorum cura se exemptos putant: non audiunt illud quod dictum est Sauli Regi quando uictus, tunc enim dixit Samuël: Sede & comedere, quia de industria seruatum est tibi. Et quod seruabatur de industria, erat enim arietis armum, ad demonstrandum (ut declarat sanctus Anselmus) quod qui in Regem & Principem eligebatur, terga ponere debebat ad sustinendum gubernationis onus non leue. Perlege verba Diuini Bernardi in Sermon. de Aduentu, & videbis a sufficiat principatum quod tibi traditur, tuae personæ electa industria committere Vicario aut Visitatori, ut sit super humerum eius. Antonius de Aluarado omnino videndus en sua arte de bien vivir, lib. 2. cap. 19. & Diuus Bonauentura in regul. fratrum Minorum, part. 2. cap. 2. in part. 1. cap. 2. malè sentit de religiosis appertenibus Episcopatum. Emanuel Rodriguez ubi supra.

Qui verò indignus & insufficiens existens

36

37

existens Episcopatum appetit appetitu deliberato, peccat mortaliter, & etiam ille, qui ob redditus temporales aut honores, ut finem:nam ad desiderandum Episcopatum à redditibus seu honore moueri non est mortale, dum non sit ut finem. Toletus lib. 5. cap. 3. Sylvestris verbo Episcop. num. 4. Soto de instit. lib. 10. quest. 2. art. 1. Lambertinus de iure patrona. lib. 2. part. 1. quest. 19. art. 7. num. 12.

38 Quidquid Regularis antequam ad Episcopatum promonetur acquisivit, ut habitus, libros, & alia, ad monasterium pertinet sub excommunicacione ex Alexandri IV. & Clementis IV. constitutione, nisi Superior dispenset quod eis viatur usque ad certum tempus. Emanuel Rodriguez tom. 2. quest. regul. quest. 38. art. 3. & 6. & tom. 3. quest. 69. art. 4. & tom. 4. de suis operis c. 63. num. 3. & in compendio, verbo Episcopus. Molina de iustitia & iur. tom. 1. quest. 141. in fin. Ioann. de la Cruz in director. lib. 1. cap. 7. dub. 7. Barbosa in pastorali, cap. 4. tit. 1. num. 15.

Sed de consuetudine receptum est, quod per tempus vitæ Episcopi libris, ac etiam alijs rebus antea acquisitis, vrantur de licentia Generalis sui religionis, qui ferè semper eam concedit, & postea mortuo Episcopo ad religionem redeunt, facto computo ex inuentario tempore promotionis factò, & à promoto subscripto.

39 Regularis factus Episcopus Religionis priuilegiis priuatur. Rodriguez tom. 2. quest. 58. art. 4.

40 Generalis Provincialis seu alius Praelatus inferior si ad Episcopatum presentatur & acceptat, statim vacat prælatura, & est in practica. Rodriguez cap. 67. tom. 4. de suis operis num. 33.

Si Episcopus Regularis iam consecratus Episcopatu dimisso ad religionem redeat, inhabilis erit ad officia religionis. Ioann. de la Cruz in direct. lib. 1. cap. 4. Barbosa in pastor. tit. 1. cap. 4. num. 18. & 45.

Episcopus titularis ad Ecclesiæ Cathedrales promoueri potest, ut multoties fit, & retinebit simul titulum prioris Ecclesiæ & secundæ. Valencuela conf. 26. incipit causa qua veritur. num. 31.

43 Papa istos Episcopos titulares sine diœcesi creare potest, dum modò assignetur in terris infidelium. Berta in repertor. verbo Episcop. liter. E, Valencuela supra. Aluarez Guerrero in speculo iur. Pontifici cap. 32. fol. mthi 77. alios citat. Barbosa tit. 1 cap. 6. n. 15.

Isti enim Episcopi titulares præcipue creari cœperunt à Clemente V. ad Ecclesiæ Episcopales, quas Cardinales secum assistentes regendas habebant. Hieronymus Roman, en su republica Christian. lib. 3. cap. 1. col. 7.

45 Cae à Petro Soto in lectionibus de institutione Sacerdotum lect. 2.

de singulorum ordinum officiis §. illud etiam dicente, successisse Episcopos titulares loco Choropiscoporum: nā falsum esse cōuincit ex eo, quod Choropiscopos ex Ecclesiæ institutione constat, nihil aliud fuisse quam Presbyteros, quibus res temporales credebantur, & cura pauperum & eleemosynarum, & alia ministeria, veluti ordines minores conferre, (inter quos tunc subdiaconatus connumerabatur. c. erubescant, 32. distinct. c. miramur, de seruis non ordinandis) & tandem eorum contumacia crescente, gerebant se pro Episcopis suóque officio non contenti audebant maiores ordines conferre, & Episcopos consecrare, & idē à Pontifice Damaso in Madridano

41

42

44

46

47

tritano oppido nato ad totius Ecclesiae vtilitatem , meritò eorum officium damnatum est. c. Chorepiscopi, 68. distinct. Illescas in histor. Pontif. lib. 2. cap. 6. in vita Damasci primi, ibi : hubo en la primitiva Iglesia una manera de Sacerdotes , que sirvian en las aldeas como accompagnados de los Obispos, y por esto sellamanan Chorepiscopos , porque Chore en griege quiere decir aldea y en aquella facon parecio cosa necessaria que los hubiese , porquez uno de los principales cuidados de los Obispos era proucer à los poures , de lo necesario y repartir entre ellos los bieñes de la Iglesia , remediendo los enfermos y necessidos , y era menester qui en les aindate : porque uno solo nobassaua estos Chorepiscopos , aunque de suio noteniam mas orden ni dignidad que los otros Sacerdotes commençaron à en soberuserte , Et ibi : y por publico decreto y determinacion de la Iglesia se mandó que no hubiese mas estos Chorepiscopos , à tento que Christo Nuestro Señor solamente tubo Apostoles que son los Obispos , y discipulos , que representan los Sacerdotes . Villegas in vita Diui Damasci , fol. miki 405. Barbosa in Pastoral. cap. 6. num. 22. tit. 1.

Ioannes
Morenus
Bletonensis
de Patriarcharum &
Primitum origine, exer-
citatione 11. infi-
nus.

Sed si Episcopos titulares loco Chorepiscoporum successisse cum Petro Soto diceremus , sequebatur fatendum illos non esse Episcopos , & inutiliter , & contra Ecclesiæ statuta ordinem Episcopalem exercere , neque illorum exercitium cum istorum conuenit : Ergo falso est dicere quod loco eorum successerunt ; quia illi instituti fuerunt ut in distributione eleemosynæ & aliis ministeriis inferioribus Episcopos adiuvarent , & ideo non constituebantur nisi in villis , neque dissimili habitu vtebantur quam alij Sacerdotes , neque aliquam consecrationem recipiebant seu ordinem præ-

ter Sacerdotalem . Episcopi vero titulares non constituantur in villis , neque alia de causa nisi ut Episcopos impeditos seu absentes adiuvent , tam in Ordinum collatione , quam in Sacramentorum administratione , ac in omnibus ad ius Episcopale attinentibus : & ad hoc consecrantur sicuti cæteri Episcopi , & eodem vestimento ac ornatu vntuntur , tractantur etiam eadem veneratione & cultu , & sic valde ab illis differenti sunt veri Episcopi , & hodie non sine magna causa & ratione creantur , ut alios , qui vel morbo , vel negotiis , vel ætate confetti sunt adiuvent , & Ecclesiis ab infidelibus recuperatis Episcopi sint . Quos si inspiraret Deus , ut Ecclesiæ quarum Episcopi appellantur adirent , Euangeliū prædicaturi , id ex officio (ut inquit Grysaldo in decis. fidei Cath. verbo Episcopus, obiectio. 10.) ardenti animo ac sancto zelo facerent , tamquam veri Apostolorum successores , & imitatores egregij .

Absit enim insipientia aliquorum istos Episcopos contemnentium , illis vero quibus res familiaris satis est & ampla , tribuentium honores . Ancharranus in Clement. in plerisque de electione , num. 5. existimat namque dicitarum potentiam , ingentes redditus , magnam nummorum possessionem , & rerum familiarium copiam , Episcopom honorabiliorrem efficere . Non faciunt (inquit Seneca) meliorem equum aurea frena , neque hominem præstantiorrem fortunæ ornamenta . Empturus equum phaleras & cætera ornamenta tollit , nudumque considerat : idem enim facere debet qui Episcopi præstantiam dijudicare cupit ; non ergo potentes & opulentí Episcopi vobis honore digni videantur , titulares

48

49

⁵⁰ titulares autem contemptibiles. Audite Diu. Bernard. de confid. Epist. 28. illis verbis: Honorabilis, inquit, non cultu vestium, non fastu equorum, non amplis ædificiis, sed moribus ornatis studiis, & spiritualibus ac bonis operibus. Et B. Hieronym. ad Euagrium Episcop. Epistola 85. tom. 2. c. legimus, 93. dist. ibi: Vbi-cumque fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eusebij, siue Constantiopolis, siue Reghi, siue Alexandriae, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij: potentia diuinarum & paupertatis sublimiorum vel inferiorem Episcopum non facit, cæterum omnes Apostolorum successores sunt. Itaque non in Episcoporum mundanis diuiniis & redditibus, sed in magnitate dignitatis ad eos honorandos conspicere debemus. Valencuela conf. 82. incipit in fauorem Presidum, num. 81.

⁵¹ Non potest quis votum emittere de non acceptando Episcopatum etiam de mandato Papæ, quia irritatur: valebit tamen de non procurando. Rodriguez tom. 4. de suis obras. cap. 67. de Obisplos, num. 9. & post longam disputationem Barbola in pastoral. part. 3. alleg. 53. num. 33.

Ratio est, quia votum nihil operatur, quia eo non obstante tenerur obedire Pontifici, & poterit ab eo compelli. Abb. in c. fin. de postulat. Pralator. & in c. innotuit. de elect. num. 13. & in c. ultim. de confirmat. utili vel inutil. num. 12. Bouadilla in Politica, lib. 1. c. 15. n. 42.

⁵² Electio seu præsentatio per Papam aut Regem facta, qui antequam literas concessisset spirauit, valet, & per successorem in Pontificatu expediti debent literæ de prædecessoris voluntate mentionem facientes, & debet denominari prouisio à prædecessore, non à successore. Baldus

in l. kumilem, c. de legibus. Bertachin de Episcopis, libro de causa materiali seu formali Episcopi, num. 53. Antonius Gomez in leg. 41. tauri. num. 2.

⁵³ Infra mensem debet electus electionem de se factam approbare, hoc est, acceptare, & intra tres menses confirmationem petere, ne vitietur ipso iure eius electio. c. quam sit. & ibi Geminian. de elect. lib. 6. c. cùpientes, eodem titul. & lib. Cardin. Tusclus. lit. E, verb. Episcop. concl. 91. num. 1. Sylvester verbo confirmationis, num. 5. Nicolaus de Millis in reperitor. verbo Episcopus. Iacob. à Graff. in decis. lib. 3. cap. 2. num. 35. Barbola in pastoral. c. 4. tit. 1. n. 1.

⁵⁴ Quæ confirmatione licet olim in partibus Hispaniae per Archiepiscopum Toletanum fiebat, c. cum longè, 63. dist. Filescus de sacra Episcoporum triarchant. cap. 7. §. 6 fol. 77. Mariana en la historia general de Espagna lib. 6. c. 17. hisce verbis, La segunda cosa fue de que el Arzobispo de Toledo autoridad para criar y elegir obispos en todo el Reino, quando el Rey a su cargo, por antigua costumbre esto pertenecia se hallate mislejos y que quando estubiese presente sin embargo confirmasse, lo que por el Rey fuesen nombrados, que fue una prerrogativa, y privilegio de gran importancia, y como abrir las canjas y hechar los cimientos de la primacia, que esta Iglesia tiene sobre las demás Iglesias de Espagna. Quæ, ut pateat antiquissima huius Ecclesie primatia, libenter transcripsi.

Hodie per solum Papam c. nihil, 44. de elect. Panormit. in c. & si unanimitate de postulatione pralat. num. 10. & in ca. 1. de translat. Episcop. Francisc. Leo in thes. part. 1. ca. 3. num. 5. Per quam confirmationem prælatura perficitur, c. transmissam de electione. Tusclus liter. E, concl. 237. num. 3. E.

Bertach. part. 4. de effectu confirm. n. 21.
Franciscus Leo vbi suprà n. 21.

58 Et donec eam habeat administrare nequit, c. cum in cunctis §. cum verò c. nosti. c. qualiter. c. nihil, de elect. c. cum iam dudum, de probandis. Panorm. in c. cum dilectus de consuetud. num. 17. & in c. qualiter, de elect. num. 2. Armill. verbo confirmatio, num. 1. Menochius de arbitrariis lib. 2. centuria, 5. casu 403. num. 2. alias casu 43. Didacus Perez in l. 2. tit. 2. lib. 1. ordin.

59 Sed confirmatione obtenta, & Episcopatus possessione, ut dicit Rodriguez tom. 4. cap. 67. num. 35. administrare poterit, & exercere quæ iurisdictionis sunt, non quæ ordinem seu consecrationem requirunt Episcopalem. c. nosti, c. transmissam, de elect. Panorm. in c. 1. de translat. Episcop. num. 9. Felinus in c. meminimus de accusationibus, num. 1. Tuschus liter. E, conclus. 133. num. 9. Geminianus in c. is cui, num. 4. de elect. lib. 6. Cardinal. in clement. quamvis de foro competenti, num. 15. Petrus Abiaxio in director. elect. cap. 12. num. 4. part. 1. & ca. 12. num. 23. Marius de censuris tom. 1. lib. 5. disput. 12. cap. 3. Syluester verbo Episcop. num. 9. Vgolinus de offic. part. 1. cap. 1. § 3. num. 2. Leo in thes. part. 2. cap. 1. num. 3. Sanchez de matrimon. lib. 4. cap. 38. num. 7. Sa verbo Episcop. num. 37.

60 Et licet confirmatus non consecratus, quæ ordinis Episcopalis sunt, ut confecrare calices, aras, & similia, ac ordinationes facere minimè possit, alio episcopo demandare licebit. c. final. de consecrat. Eccles. vel altar. Gloss. in Clement. 1. de priuilegiis Abb. in c. suffraganeis, num. 2. de electione: & in c. 1. de translat. Episcopi, num. 9. Millis in repertor. verbo Episcop. Camilius de Caratha consil. 87. num. 69. Vgolinus & Sa suprà.

61 Idem facere poterit Patriarcha

seu Archiepiscopus electus, confirmatus, consecratus, & non palliatus, quia ante pallij susceptionem impeditur exercere quæ ordinis episcopalis sunt, & sic alteri episcopo demandare permittitur. c. quod sicut, §. super eo. & ibi Gloss. & Abb. num. 4. de elect. & in c. 1. de translat. Episcop. num. 9. Petrus Greg. syntagmat. iuris part. 2. lib. 15. cap. 11. num. 6. Sanchez in summ. lib. 4. cap. 38. num. 9. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinament. Marius de conf. tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 3. Rodeanus de Simonia tom. 2. c. 17. n. 8. p. 1.

63 Neque ante pallij susceptionem Synodus congregare, aut Crucem vulgo Gion ante se facere portare poterit: tenent suprà citati. C. quod sicut, §. super eo, de elect. Additinator Abbatis in can. 1. de translat. Episcop.

63 Neque Clericos degradare, licet beneficiis priuare queat. c. transmissam, de elect. & ibi Abb. num. 4. & in c. 1. de translat. Episcop. num. 9. Berthachi de Episcopis in 4. part. de effectu confirmat. num. 14. Nicolaus de Millis in repertor. verbo Vicarius Episcopi. Sarmiento selectarum lib. 1. cap. 14. num. 9. Rodriguez tom. 4. de sus obras cap. 67. num. 18. Barbosa in pastor. p. 3. alleg. 110. num. 24.

64 Et licet de iure antiquo ad Clericorum degradationem multi requirebantur episcopi, hodie vero de consuetudine fit conuocatis Praelatis, & sex Abbatibus, ius myrræ & baculi habentibus, si inneniri in diccesi poterint, & aliis personis in dignitate ecclesiastica constitutis; ut latè Sarmiento vbi suprà Sayrus de censuris lib. 5. cap. 20. num. 18. Suarez eodem tract. disp. 30. scđt. 1. num. 19. Valerius Reginaldus in prax. for. pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 52. Franciscus Leo in thesauro part. 1. cap. 4. num. 47.

num. 47. cum sequent. & Barbosa vbi
suprà.

65 electus confirmatus donec con-
secretur non dicitur Episcopus. c.
nulla ratio, 62. distinc. c. inter corpo-
ralia, de translatione Episcopi. & ibi
Abbas num. 7. & in c. quanto, de offic.
ordinar. num. 4. c. nisi specialis, de auth.
& vsu pallij. & ibi Panormit. num. 7.
& in c. tunc literis, de testibus num. 2.
& in c. 1. de translat. Episcop. num. 4.
& in c. eam, tr. de rescriptis, num. 2. &
ibi Felinus num. 2. idem Felinus inc.
inter monasterium, de sententia & re
iudicat. num. 1. & in c. meminimus, de
accusationibus, & ibi Abbas num. 1.
Ioannes Andreas in c. de multa, de
prabendis, num. 18. Geminianus in c. 1.
§. officialis, num. 2. de offic ordinarij
lib. 6. Cardinal. in Clement. dignum
de celebratione Missarum. Geminianus
in proœmio Clement. num. 11.
Tuschus litera E, conclus. 233. num. 1.
& litera A, conclus. 8. Cardin. Toletus
de instit. Sacerdot. lib. 1. cap. 25. num. 6.
Ioannes Cephalus tom. 1. consil. 2. n. 2.
num. 18. lib. 1. Marius Alter de censur.
tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 3. Graffis in
decis. lib. 3. cap. 2. num. 35. Millis verb.
Episcopius. Selua de benefic. part. 1. q. 2.
num. 31. Petrus à Biaxio in director.
cap. 44 num. 1. part. 3. Petrus Gregor.
syntagmat. part. 2. lib. 15. cap. 12. n. 16.
& 13. & 14. Lancellotus in templo
lib. 2. cap. 5. num. 6. Perez in l. 2. tit. 6.
lib. 1. ord. col. 14. Diaz de luco regular.
& Falent. regula 234. Camilius de
Carath. consil. 87. num. 69. Emanuel
Rodriguez tom. 1. quæst. regul. quæst. 18.
art. 2. & quæst. 8. art. 2. col. 1. & tom. 4.
cap. 67. num. 31. Vgolinus de offic. p. 1.
cap. 1. §. 3. num. 1.

66 Patriarcha, seu Archiepiscopus
consecratus & confirmatus ante-
quam pallium accipiat non dicitur
Patriarcha. c. nisi specialis, & ibi Abb.
de auth. & vsu pallij num. 7. & in c. 1.

de translat. Episcop. num. 9. Liber Pon-
tificalis de consecrat. electi in Episco-
pum in fine. Sanchez de matrimonio
lib. 4. cap. 38. lim. 4. Marius vbi suprà.
Et ibi dicit quod eum offcidentes
excommunicationem Bullæ Cœnæ
incurrunt, licet pallium non habeat.

67 Si verò consecratus non est, licet
possessionem adeptus sit, eum per-
cutientes neque incurunt excom-
municationem bullæ Cœnæ, neque
eadem poena plectuntur qua si in-
terfecissent episcopum. Toletus,
Marius, Rodriguez, Didacus, Perez,
Cephalus, & Petrus Abaxio suprà,
Caietanus verbo excommunicat. Ar-
mill. verb. excomm. excomm. 3. Cande-
labrum Aur. in explanat. bullæ Cœnæ,
casu 11. num. 86. Nauarr. in manuali
cap. 27. num. 67. Barbosa in pastor.
tit. 1. cap. 4. num. 10. Baldus in l. si non
dam c. de furtis. Felinus in c. memini-
mus, de accusat. & in c. eam, tr. de re-
scriptis.

68 Ciuitas interficiens electum non
consecratum, non incidit in poenam
interficientis episcopum. Baldus
suprà, Additionator Abbatis in c. 1.
de translat. Episcop.

69 electus confirmatus, neque con-
secratus, neque Ordine iniciatus, si
vult resilere & ad nuptias transfire
poterit. Sanchez de matrimon. lib. 7.
disp. 28. num. 13.

70 Sed ibi non dicit an cum licentia
Papæ, vel sine ea. Sed ego existimo
non posse sine Papæ licentia: per
textum in c. inter corporalia, de trans-
lat. Episcop. vbi Innocent. 111. dicit,
quod sicut consecratus non potest
cedere aut transferri sine authori-
tate Pontificis, ita neque electus
confirmatus: quia difficultas dissol-
uendi vinculum surgit à substantia
vinculi matrimonialis, quod vin-
culum datur per solam confirma-
tionem, licet non interuenierit con-

secreatio; ut patet in versificut autem, & ibi gloss. c. licet final. ibi, ratum in confirmatione, & ibi gloss. verbo licet in tantum. ibi, in confirmatione sit ratum, ita quod amplius per se renuntiare non potest: de translat Episcop. c. si electio, & ibi gloss. verbo renuntiare de elect. lib. 6. Abb. in c. inter corporalia num. 8. & ibi Baldus num. 1. idem Baldus in c. licet, eodem titulo: ille, num. 1. & 2. & iste, num. 11. & facie doctrina. Emanuel Rodriguez in tom. 4. de suis obrascap. 67. de los Obispos num. 29. dicentis, Episcopum confirmatum non consecratum non posse renuntiare Episcopatum sine Papae licentia: quia per confirmationem iam matrimonium spirituale cum sua Ecclesia est contractum, & sic si vult ad nuptias transire, tenetur petere Papae licentiam ad renuntiandum. c. cum venerabilis de consuetudine, quia iam ligatus est vinculo matrimonij spiritualis.

72

Per promotionem ad Episcopatum matrimonium ratum non consummatum non dissoluitur. argum. text. in c. ex parte el. 2. de conuersione coniugator. Ioann. Andreas in c. unico, de voto. lib. 6. num. 2. Couarruias in tom. 2. variar. cap. 7. §. 4. num. 9. Gutierrez multos referens canonicas. lib. 1. cap. 17. num. 30. Matienço in rubrica ad lib. 5. recopilationis, tit. 1. gloss. 1. num. 40.

Contrarium tenet post Hostiensem Paulus Borgasius de irregularitate part. 6. in fine num. 79. usque ad finem, titulo de sponsalibus & matrimoniis.

73

Electus confirmatus, non consecratus, neque in ordine sacro constitutus, ratione status non tenerur ad castitatem. Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 27. num. 7. Soto de iustitia lib. 10. q. 4. art. 1. col. 3.

74

Continentia non est de iure di-

uino, sed positivo Episcopatu*m* annexa. Sanchez & Soto vbi proxim. Barbosa in pastor. tit. 2. gloss. 4. n. 4.

Confirmatus non consecratus, neque ordinatus, si fornicationem committat, non videtur praedicta fornicatio simplicis fornicationis malitiam exceedere, neque circumstantiam necessariam fatendam contineri. Riccius in praxi in additione ad decisionem 576. Sanchez. vbi prox. num. 33.

Beneficia electi in Episcopum ad hoc ut vacarent de iure antiquo, requiebat promovitio, confirmatione, consecratio, & possessio, c. cum in cunctis, §. cura vero. de elect. & ibi Abbas num. 1. & 2. & Baldus num. 13. & ceteri scribentes. Oldraldus conf. 14. incipit cum queritur, num. 2. Quintilian. Mandosius in regul. 26. cancell. cap. 4. num. 4. Patilius lib. 3. quest. 1. num. 76. Romanus conf. 335. col. 1. Hoseda de incompatibilitate part. 1. cap. 4. num. 13.

Hodie vero beneficia etiam simplicia seu pensiones non vacant nisi a die adeptae pacificae possessionis, confirmatione precedente, (nam non debet quis perdere beneficium nisi plenè fuerit secundum assequitus. c. dñndum de elect.) Panormitan. in c. de multa. de prabendis num. 16. quod iste sit stylus curiae Rotæ ac Hispaniæ, vbi sic practicatur, testatur Gratianus discept. forens. cap. 296. tom. 2. num. 5. Nauart. consil. 14. de electione. Quintilianus Mandosius in regula 26. cancell. quest. 1. num. 5. Vgolinius de off. & potest. 1. part. c. 1. num. 2. §. 2. Emanuel Sa verbo Episcopius n. 8. Azor in inst. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 16. quest. 12.

Idem dicendum est quando Episcopus transfertur e sua Ecclesia ad aliam, nam non vacant prioris Ecclesiæ reditus & fructus, donec appre-

75

76

76

77

apprehenderit possessionem secundi Episcopatus : quod dispensatiū fit, quia indecorum videretur si ambo- rum Episcopatum reditu priuare- tur. Hoseda de incompatibilitate bene- ficiar. part. 1. cap. 3. num. 11. usque ad 13. Parladorius in text. qui centuria, differentia 120. num. 11. & 13. vbi alle- gat. textum in c. de multa. de prabend. cum gloss & Abbat. in c. final. de po- stulatione Prel. num. 13. & Innocent. & Ioann. Andream in d. c. de multa. Azor vbi suprà latè Abb. consil. 101. num. 3. & 4. omnino videndum.

78 Sed licet de stylo curiae sit, quodd statim quo quis confirmatur in Episcop. immediate conferantur illius beneficia tamquam vacantia, seu Episcopatum , non expectata consecratione : sed stylus est quodd licet conferantur , verè tamen & realiter seu effectualiter vacare non censeantur , donec possessionem obtineat. Parisius de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 78. alios referens. Hoseda de incompatibilitat. benefic. part. 1. cap. 4. num. 15. Quintilianus Mandol. in regul. 26. n. 5. c. 4. q. 1.

79 Beneficia quæ electus habet non possunt renuntiari in favorem tertij, quia ipso iure vacant. Hoseda & Parisius cum aliis.

80 In Hispania verò ex antiquissima consuetudine & vsu introductum est, quod promotus renuntiet be- neficia quæ ante promotionem ob- tinebat , in favorem personæ à no- stro Potentissimo, Catholicissimo ac inuictissimo Philippo Rege (quæ Deus optimus maximus ad totius Christianitatis bonum feliciliter seruet) assignatae, quæ semper est meritissima. Hieronymus Venero à Leyua in libro dicto Examen Epi- scoporum, lib. 4. ca. 4. de elec. & poteſt. Episcopi, n. 15. fol. 230.

81 Ille autem qui electus est Episco-

pus titularis non prohibetur ante consecrationem beneficia quæ ante obtinebat renuntiare in favorem tertij, quia non sunt reseruata. Parisius de resig. lib. 3. quest. 1. num. 89.

82 Neque prohibetur retinere bene- ficia quæ antea obtinebat, quia cùm Episcopatus possessionem adipisci nequeat , neque ex illo reditus vnde viuire possit percipiat. c. si Episcopus. c. si quis Episcopus, cum duobus sequen- tib. 92. dist. Riccius in prax. in addit. ad decif. 576. Anastasius Germonius de indulxit Cardin. §. si verò , num. 10. Parisius vbi suprà num. 10. & 89. Nauarr. d. conf. 14. de elec. num. 3. Vgolin. suprà 1. part. cap. 1. §. 2. num. 2. Barbosa in pastorali , part. 3. alleg. 57. num. 74.

83 Beneficia Episcopi qui non reci- pitur à populo , neque percipere po- test fructus , non vacant. c. si tibi con- cessio. & ibi Gloss. verbo vacare, de pre- bend lib. 6. Nauarr. & Vgolin.

84 Solus Papa dispensat cum Epi- scopo vt beneficia antea obtenta cum Episcopatu retineat. Parisius de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 84. Rebuffus in prax. lib. 2. regula de dispensat. de non residendo , num. 59. & 77. Nauarr. & Vgolinus suprà .

85 Et dicit Barbosa in pastorali part. 3. alleg. 57. num. 76. alium citans quod beneficia cum Episcopatu dispensatiū obtenta , semper erunt reseruata Pontifici : adçò quod quando Episcopus decedat , prouisio bene- ficiarum non Episcopo , cui alias compereret , si simplex Clericus obtineret , sed Pontifici tantum: propter regulam *Quod semel reseruatum.*

86 Episcopus dispensatus ad benefi- cia cum Episcopatu retinenda , si ad aliam Ecclesiam transfertur , ipso iure beneficia vacant : nisi iterum Papa dispenseat. Rebuffus in prax. d.

lib. 2. regul. de dispens. ratione atatis, verbo defectu, num. 6. Gratianus disceptat. cap. 296. num. 78. in fine.

Hinc venit declaranda quæstio
87 à paucissimis tacta: An quando Episcopus ad aliam Ecclesiam transfer-
tur, vel Cardinalatum decoratur, cesset
iurisdictio in primo Episcopatu.

In Cardinalatu verò resoluendum est cum Stephano Gratiano
discept. forens. tom. 2. cap. 296. num. 57.

88 & 59. non cessare iurisdictionem &
administrationem in Episcopatu donec acceperit pileum rubeum,
nam licet acceptauerit gratiam do-
nec effectuè & verè pileum susci-
piat, gratia in pendentí est, & multo
toties revocatur.

In translatione aliter res se ha-
bet, nam non dicitur vacare Eccle-
siam à tempore scientiæ sua præsen-
tationis à nostro Rege Catholico
facta: quia ea acceptata, interim
dum confirmationis notitiam ha-
bet, administrare potest, & omnia
exercere sicut antea, ut cum Nico-
lao Garcia tenet Barbosa in pasto.
part. 3. alleg. 57. num. 92.

Sed adueniente confirmatione,
vel testimonio authentico, ex quo
conster in Romana curia transacta
tunc à tempore scientiæ confirma-
tionis, cessat iurisdictio & admini-
stratio, quamvis non sit adepta
possessio secundi Episcopatus; ut
Hispano sermone posuit Rodriguez
tom. 3. de sus obras cap. 56. hisce verbis:
*Los otro días en los cuales se hade hacer la elección del dho Vicario, corren tan-
bién desde el dia que el cabildo saue que
su Obispo esta mudado por Obispo de
otra diócesis. estando y a por el summo
Pontifice, desobligado de la primera
Iglesia. idem tenet Barbosa post hæc
scripta. Vilus in pasto. part. 3. alleg.
54. num. 164. & postea Rodriguez,
porque en este caso propria mente vaca*

la Iglesia aunque no aia tomado la posse-
sion del segundo Obispado y entonces
cessa su administration. Et quod sic de-
clarauit sacra congregatio Cardi-
nalium, testatur ipse alios referens
& Hostiensis in summ. de translat.
Episcopi, num. 6. Abb. conf. 101. num. 2.
Gratianus disceptat. forens. disceptat.
296. num. 14. & 15.

Et licet aliqui ex allegatis Docto-
ribus doceant vacare à tempore
acceptationis, aduertendum est lo-
qui de Prælatis per Papam prouisis,
qui statim cùm eliguntur tunc &
confirmantur: nam talis electio
confirmationis vim obtinet. Abbas
in c. nosti. & in c. cùm verò de electione,
& in c. eam, tr. de rescriptis, num. 2. &
ibi Felinus num. 3. Laudensis de prin-
cipibus, quest. 285. Petrus Abaxio in
director. elect. c. 44. num. & p. 3. Nauarrus
in commentar. de iubileo singul. 31.
num. 3. Selua de benefic. 1. pari. quest. 2.
num. 3. Vgolinus de potest. Episcopi c. 1.
§. 2. num. 3. Leo in thesaur. part. 3.
cap. 1. num. 4.

Apud nostrates verò tunc dicitur
propriè translatus, quando confir-
mationis notitiam certam & indu-
bitatam habet, non antea. ut patet
ex dictis.

Et si fortè aliquis dixerit, asser-
tionem nostram errorem continere,
ex eo quod beneficia electi non va-
cant nisi adepta possessione Episco-
patus. Respondeo, id dispensatiuè
fieri, ne electus mendicet, & ut
habeat unde se alat, quod iustissi-
mum est, & iure consonum: sed
quod administraret ubi nullam iuri-
sictionem habet, contra iuris præ-
cepsa est, & in præiudicium Capitu-
lari, cui in tali vacanti administra-
tio competit, & etiam Vicarium
deputare. Concilium Trident. sess. 24. de
reform. cap. 16. & minus interest quod
sit in suspenso donec alterius Epi-
scopatus

89

90

91

scopatus possessionem apprehendat, quām quōd in messem non suam falcem mittat: nam iam prioris Ecclesiæ Episcopus non est, sed persona priuata, cū ab instanti suæ confirmationis desineret esse quod antea erat, & quoad primam Ecclesiam censetur mortuus, quo ab illa hora. Comprobatur nam ad hoc, vt translatio fiat, requiritur ante omnia quōd Papa absoluat translatum à vinculo prioris Ecclesiæ, aliter enim translatio non fit, nisi prius soluatur à vinculo matrimonij spiritualis, quo astrictus erat quoad primam Ecclesiam. c. inter corporalia, de translat. Episcopi. ibi, ad secundam priori vinculo perdurante, non potuit canonice consecrari. c. bona memoria. el secundo de postulat. Prelator. ibi, à vinculo quo tenebatur Colocenensis Ecclesiæ absoluentes, ad metropolim Stringensem transferimus. Et est de stylo Romanæ curiæ ab antiquo seruato. Et talis vinculi solutio, interueniente translati consensu, (vi semper fit) dicitur voluntaria resignatio. c. sicut alterius, 7. quæst. 1. & quantum ad se priore priuatur Ecclesia, & dicitur mortuus ab illa hora, qua transfertur, quantum ad primam Ecclesiam. c. in apibus. §. ecce in quibus casibus, & ibi Gloss. verbo defuncto. 7. quæst. 1. l. actione. §. publicat. & ibi Gloss. verbo pro mortuo. ff. pro Socio. Stephanus Gratianus discept. 296. num. 16. illis verbis: adeò vt hæc translatio facta de eiusdem Episcopi consensu, dicatur in effectu quædam renuntiatio: & sic nihil mirum si ex tunc iurisdictio & administratio cesseret, cum constiterit de prioris vinculi solutione, & de translationis confirmatione, qua facta, translatio perfecta remanet. Egregie Panormitan. omnino videndus con-

sl. 101. numero tertio & quarto.

Et ad rixas ac contentiones vitandas, prudentes Præsules quando de confirmatione translationis notitiam habent, à priori dicebenti se absentant, & in patria sua, vel alterius Episcopi amici, literas confirmationis expectant ad possisionem adipiscendam. Et postquam hæc literis mandaui, à peritissimis viris in dignitate Ecclesiastica constitutis fui certioratus, expeditum iam esse breve Pontificium, in quo Episcopis prohibetur administrare, vel aliqua exercere, postquam suæ translationis notitiam certainam habuerint.

94

S V M M A R I V M.

In die Consecrationis olim qualis mos seruatus. num. 1.

*Consecrari intra quod tempus ele-
ctus debeat. num. 2.*

*Vtrum præcisè requiratur quod Sa-
cerdos sit, qui in Episcopum con-
secratur. num. 3.*

*An sit de substantia consecrationis
quod consecrandus Missam cele-
bret. num. 4.*

*Episcoporum vincio unde trahat
originem num. 5.*

*An sit Sacramentum de per se.
num. 6.*

An imprimat characterem. num. 7.

Vtrum sit Ordo. num. 8.

*Episcopi consecratio quo die fieri de-
beat. num. 9.*

*Sacerdos factus die Sabbati, vtrum
die Dominico sequenti consecra-
ri posset. num. 10.*

*Consecratio Episcopi quot requirat
Episcopos. num. 11.*

An

- An ex dispensatione Pontificia fieri posse, quod electus ab uno tantum Episcopo consecratur. n. 12.
- An Papa concedere valeat, quod tres seu quinque Episcopi simul consecrentur. num. 13.
- Vtrum Episcopus possit electum consecrare, & facere quod alius Episcopus Missam cantet. num. 14.
- Episcopus consecrandus utrum in die sue consecrationis Acolatum ordinare queat. num. 15.
- Et an Papa possit in sue corona nationis. num. 16.
- Consecratus antequam trigesimum annum adimpleat, an suspensionem incurrat. num. 17.
- In consecratione utrum aliquod votum emittant Episcopi. num. 18.
- Episcopi tenentur visitare Apostolorum limina. num. 19.
- An per se, vel per nuncium. num. 20.
- Episcopi Indarum an ipsi per se visitare teneantur limina Apostolorum. num. 21.

DE CONSECRATIONE.

CAPVT QVARTVM.

- P**riscis enim temporibus mos obseruatissimus fuit, quod Episcopi in die sue consecrationis grandi equitarent applausu, magnis & excelsis comitantibus viris, & multis prosequentibus ciuibus, illud Apocalyp. capite 19. representans: ibi, & exercitus qui sunt in celo, s'quebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. Exercitus enim qui sunt in celo, de quibus ibi, sunt Episcopi, qui quotidie pro caelestibus Deum sequuntur, & in omnibus virtutis operibus imitantur, & currunt in odorem vnguentorum suorum. Dicuntur enim esse in celo, quia sola caelestia querunt: & iuxta illud Apostoli, conuersatio nostra in celis est. Selua de benefic part. 1. quast. 5. num. 166.
2. Consecratio Episcopi infra tres menses fieri debet, sub pena amitti tendi fructus ipso iure: & intra alios tres, sub pena amittendi Episcopatum; nisi dispensationem super hoc obtineat, numerandi enim sunt a die notitiae confirmationis. c. quoniam 75. dist. c. quoniam, 100. dist. c. cum in cunctis, de elect. Gloss. in c. ne pro defecetu, eodem titulo. Concil. Trident. de reform. sess. 7. cap. 5. & de reform. sess. 23. cap. 2. Panormit. in c. cum in cunctis, §. cum vero, de elect. & in c. inter corporalia, de translat. Episcopi. Tusclus litera C, conclus. 743. n. 3. Toletus in summ. lib. 5. cap. 3. num. 6. Petrus Abaxio in directorio cap. 48. part. 3. num. 1. Syluester & Sa verbo consecratio. ille num. 4. iste num. 8. Emanuel Rodriguez tom. 4. de sus obras cap. 67. num. 32. Nauarr. in manuali cap. 25. num. 118. Egidius Coninx de Sacramentis. disp. 10. de Sacramento Ordinis, dubit. 9. num. 81. Zerola in prax. verbo consecratio, p. 1. Barbosa in pastorali cap. 5. num. 1. tit. 1.

&